Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



AD. HE

Ego ecce sidens in eum. Et iterum. Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi ds. Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini: et ipse similiter participauit eisdem. ut per mortem destrueret eum. qui habebat mortis imperium. id est diabolum: et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruitutis. Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari: ut misericors fieret. et fidelis pontifex ad dm: ut expiaret delicta plebis. In eo enim in quo passus est ipse et temptatus potens est et eis qui temptantur auxiliari. ·III.

Vnde fres sti uocationis celestis participes. considerate apstlm et pontificem nre ihsm: qui fidelis est et qui fecit illum: sicut et moyses in omni domo eius. Amplioris enim glie iste p moyse dignus habitus est: quanto amplioris honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo. Qui aut omnia creauit: deus est. Et moyses quidem fidelis erat in tota domo eius. tanquam famulus in testimonium eorum que dicenda erant. Xps uero tanquam filius in domo sua: cuius domus sumus nos: si fiduciam et gliam spei usque ad finem firmam teneamus. Quapter sicut dicit spiritus sanctus: hodie si uocem eius audieritis. nolite obdurare corda ura: sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto. ubi temptauerunt me patres uri. probauerunt et uiderunt opera mea. quadraginta annis. Propter quod offensus fui generationi huic: et dixi semper hi errant corde. Ipsi uero non cognouerunt uias meas: quibus iuraui in ira mea. si introibunt in requiem meam. Videte uiri fres ne forte sit in aliquo uri cor malum incredulitatis. discedendo a deo uiuo: Sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies. donec hodie cognominatur: ut non obdurentur quis ex uobis fallacia pecti. Participes enim xpi effecti sumus: si tamen initium substantie eius usque ad finem firmum retineamus: dum dr. hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda ura. quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt: sed non uniuersi qui profecti sunt ex egipto per moysen. Quibus autem offensus est. xl. annis: Nonne illis qui peccauerunt. quorum cadauera prostrata sunt in deserto. Quibus autem iurauit non introire in requiem nisi illis qui incredulis fuerunt: Et uidemus quia non potuerunt introire propter incredulitatem. ·III.

Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius existimetur aliquis ex uobis deesse. Etenim et nobis nunciatum est et illis. Sed non profuit illis sermo auditus. non admixtus fidei ex his qui audierunt. Ingredimur enim in requiem nos qui credidimus. quemadmodum dixit: sicut iurauit in ira mea. si introibunt in requiem meam. Etsi quidem operibus ab institutione mundi perfectis: dixit enim in quodam loco de die septima. sic. Et requiescit ds die. vii. ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest quosdam introire in illam. et hi quibus prioribus annunciatum est

|| Affectionis

|| Quadmod